S. D. Tuas, uir sanctissime, literas prid. Cal. Novemb. scriptas iste
hodie ante prandij horã accepi, et summo cũ dolore & laetit.
Neqꝫ uero dolorẽ atqꝫ illis solũ cepi, sed summa quoqꝫ uoluptate
sũ affectus eodẽ fere tẽpore. Vehementer dolui, quod tam ini-
quis tecũ agat[ur]. Laetatus uero sũ plurimũ, quod te piẽ con-
stanterqꝫ pro ueritate etiã mori paratũ esse perspexi. Ha[c]
ipsa de causa nõ iudicaui opus esse ulla cohortatione apud te,
quẽ uideo nihil non periculi uolentẽ propt[er] ueritatẽ aditur[um]
esse. Agnoscet dñs cordiũ inspectator fidem et constantiã,
atqꝫ dabit ut ad sui nõis gloriã, et tuã salutẽ cuncta in-
stituere possis. Non est tamẽ, si qd ego iudico, metuendum
tibi aliqd amplius quã ut dimittare aut expellaris. Audiui au[tem]
ante aliquot menses, locũ tibi apud illss. principẽ Hassiae
futurũ, quo minus tibi ea res, si uerũ est quod inaudiui,
molesta esse debebit. Quanquã ex tuis literis praeclare intel-
ligo, te paratiss. esse uitã quoqꝫ profundere pro ueritatis as-
sertione, nedũ exiliũ pati. Epistola D. Philippi edita
est latine ut eã ipse scripsit, atqꝫ etiã conuersa in sermo-
nẽ nostrũ. Utriusqꝫ tibi exempla mitto, quot et habere
in praesens potui, et tabellarius cõmode portaturus uidebatur.
Satis fidei habebit ex oĩbꝫ circumstantijs, nõie typographi
atqꝫ et loco. Autographũ q uidere uolet, apud nos reperiet.
Nemo tã est stupidꝫ futurꝫ, q credat quemquã id facturũ
fuisse, quod est ad ipsũ principẽ ꝓscriptũ, et in suo
quasi sinu exclusũ, ac in oẽs partes ab ipsius hominibꝫ
sparsũ. Edentur breui aliae plures ad D. Bullingerũ aliosqꝫ
ꝓscriptae. Vehementer tuas et habere cupio, ut cũ alijs
coniunctae prodeant, atqꝫ istis, apud quos hominũ quorun-
dam et sacrarũ lrarũ authoritas amplius potest, satisfiat.
Si qd edendũ habebis ad me ꝓferendũ curato. Operam
dabo, ut aut hic aut alibi apte et cõcinne edatur.
Hisce D. Phil. literis spero multos cõmouendos esse, ut
minus de te perdendo cogitent. Neqꝫ ego uideo quo pacto
circulus iste Saxonicꝫ inauditũ te cõdemnare aut possit aut uelit.
Si damnare sententiã audebit, uitã eripere nõ temere conabit[ur],
praesertim cũ olim iã ea res damnata sit. Non est
mihi crede parua res Christiani hominis fundere sangui-
nẽ in Imperio, in quo ne Papistae quidẽ, tametsi maxi-
me cuperent, temere quenquã propt[er] religionis diuersitatẽ
occidere ausi sunt. Iudico aut[em], si eo ut aduersarij ꝓducãt,

[margin:] ...tima. 60. / ...m. 30.

1560. Nov: 11

ut damnaris, tibi ab ipsis appellandum esse, ad Electores, prin-
cipes et status Imperii omnes qui Augustanae confessioni nom-
" dedisse videri volunt. Si hoc non placet, quod mihi maxi-
probatur, ad Electorem Saxonicum provoces consulo, quem p...
" certo audio ab istis condemnationibus plane abhorrere, ...
in primis principem tantum decet atque apud omnes bonos c...
" mendat. Decet et scholas aliquot, atque Synodum genera-
lem et concilium appellare. Istis propositis, quid a te ap-
petitum sit non eq... video. In caussa est, quod circumst...
mine habes cognitas, et ingenia istorum hominum, quae illis in lo...
agunt, non satis explorata. Tu quod iudicabis magis m...
futurum praecipue complecteris. Nos aliter hoc tempore ...
quam oratione ad Deum opt. max. praesidio esse non poss...
Atque princeps Elector sanctissimus et pie erga verit...
eiusque defensores affectus, scripto te illo invaturus vide...
Metuimus enim omnes (multi namque, illique prudentissimi, sunt
me consulti ista de re et caussa) ne principis litera...
hil tibi prosint, cum nemine in illo vestro circulo ...
sciamus, de quo principes sperare aliquid hac in re de...
Nos aut papistae sunt (aiunt alii, ego neminem novi)
nostro principi nulla amicitia familiaritateve iunc...
Elector Saxonicus, vel Brandenburgici hunc existimarent, ...
cilis futura esset ratio. Studium tibi alias princip...
mi et piissimi promittere audeo. Non deerit ...
ra ipsius, quacunque in re loco et tempore utile t...
ram fore experieris. Tanta est namque ipsius cum Gra-
tas et clementia, cum pietas et religio, ut non par...
biga, an tanta ullo in alio reperiantur? Telem...
nondum videramus, tametsi aliquid de eo audivissemus ...
esset nobis ingenium ipsius notum, facile ex hoc ipso ...
cognoscere potuissemus. Quia te Deum conservaturum
bis et Ecclesiae incolumem certo confidimus, atque ...
ocium facturum speramus, ut refellere arguta possis, ...
probitate retegere, illud tibi remittemus. Fortasse ...
nos quam tu minore aliquanto labore accipiemus. Q...
tibi accidat ex voluntate Domini, hoc tibi persuadeas ut...
non defuturum tibi patronum. Quod si nemo inveniat...
ego pie, constanter et morose (rapsodia illa Telemonica) confutabo. Tantum
hac in re arrogare minime vereor, quae aliis in ...
facile aliis cesserim. Tibi si ocium spaciumque detur ...
respondendum censeo. Verum aut ita te totam disputatio...

temperare, ut pro conviciis summa lenitate adhibeas et
modestia, qua in primis te caussamque ornabis, et quod
Christiano dignum est facies. Pietas atque veritas (Deo sit
laus honor in secula Amen) pulchre hactenus apud nos
promovit. Ferendo plurimum proficimus et tolerando incre-
dibiles iniurias, calumnias, etc. Ad omnes alios accessit Kle-
bitius, de quo nemo melius est meritus me, quem acerbissi-
me tamen et improbissime insectatus est. Ingratiorem hominem per
omnem anteactam vitam non vidi. Sed de istis alias suo
et tempore et loco. Gaudeo nostros adversarios tan-
dem, quod constanter hactenus negarant, incipere fateri, se hospi-
tas cum catholicis amicis habere, quas cum ipsi sentiant.
O incredibilem impudentiam, et inexplicabilem impietatem.
Heshusius tuus hinc abiit Francofordiam, ubi ecclesiam non parum
vexavit, sicuti hic quoque. Moguntiam pulsum Francofordia
profectum audio. Mirabilia alit monstra. Futura prae-
nosse vult credi. Pro propheta sanctissimo vult haberi. Levissima
de causa excommunicat quoslibet. Maledicus est supra
quam credi queat. Certaverit cum Tilemanno hac in parte.
In summa Enthusiastes factus est. In doctrina, qua plurimis
aliis praestabat atque antecellebat, nullus est amplius. Quare
de eo non est ut cogites. D. Henricus Bullingerus nomine suo
iussit me tibi omnia in Christo felicissima optare precarique.
Scripsisset ad te nisi vir opt. metuisset ne interceptis
forte literis plus esset mali quam commodi tibi paritura.
Omnes hic fratres te in domino Iesu Christo plurimum salutant
et ut nihil dubites monent. Deum tibi adfuturum
clementissimum omnes habent. Extremum periculum, si
bona conscientia effugere queas, hoc est, salva pieta-
te et fide, citra periculum omnium tibi creditarum etc.
fuga tibi consulere, ubi ad illud periculi perductus sis
ut spes alia nulla expectanda tibi sit, putant illi
non esse non occasionem accipiendam. Sed in ea sunt
cuncti opinione, non fore ut quisquam eiusmodi
tentare audeat. Haec festinatissime. Quibus et illud addendum,
me duos thaleros, quos tabellarius dederat, videre restituisse.
Literas hisce tuis additas maxime velim te per occasionem
Groningam mittere. Si tardius fiat, modo bene fiat, nihil
incommodi inde oritur. Operam dabo, ut per certos et

idoneos homines agat cum legatis principum circuli nostri
qui iam Spirae pecuniam a nobis pro bello Moscovitico petit
ut suorum principum animos molliat. Spero aliquid nos
tenere posse. Dns fortunet nostra tuaque consilia
honori et praedicationi sanctissimi nominis sui. Amen
Heidelbergae 11. Novembris. anno 60. Hodie abibit
prandio tabellarius, ut longius quam dicam una et pa[...]
amplius retinuerimus. In Christo Jesu Dno nostro
felicissime Vale et vive certus me defuturum
tibi aut causae suae numquam.

Ex animo tuus Thomas E[...]
frater in Christo, Medi[...]

Clariss. pietate atque eru-
ditione viro, D. Alberto
Hardenbergo, veritatis pro-
pugnatori constantiss. sacrae
theol. Doctorique amico et
fratri in Christo honorandiss.

Bremae